

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W. - 28, Orchard Street.

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.**

Apud
COMMISSIONAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 113 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Amer.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

Rue Cassette, 11.

INSULIS (LILLE)

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

CHARLES AMAT SUCC.

IN HUNGARIA

Apud

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

DE FOEDERE INTER LATINAЕ AMERICAЕ MERIDIONALIS NATIONES Romanus.
ORIENTALIS ANTIQUITATIS CULTORUM URBANUS CONVENTUS W. M.
SAPIENTIBUS CULTORIBUS ORIENTALIUM ANTIQUITATUM SALUTATIO Guido Bacchelli.
IN CULTORES DISCIPLINARUM ORIENTALIUM ROMAE CONGREGATOS Henricus Fani.
DE NIMIO STUDIORUM LABORE IN ADOLESCENTIBUS R. Spina.
SCURRAE CELEBERRIMI I. Antonelli.
RUSTICATIO AUTUMNALIS - Ad amicum Celsum P. Angelini.
VATICANA BIBLIOTHECA H. D. V. Pieralice.
Nova MORBORUM DIAGNOSIS Senior.
De PILARI QUODAM LUDO APUD RUMENOS R.
De COETIBUS SEU SYNAXIBUS CHRISTIFIDELIUM IN COEMETERIIS (ex ineditis) M. Armellini.
AËREI ITINERIS MIRABILES EVENTUS Laelius.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES C.
ANGLICA VIA AD SINAS DEDUCENDA A. Costaggini.
De PONTIFICIA EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE X.
ANNALES Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS Scriba.
LIBRORUM RECENSIO H. P. - A. L.
AENIGMATA A. Bartoli.
<i>In tertia operculi pagina:</i>	
PER ORBEM Viator.
VARIA: Andromiomachia Alpha.
Anseres gloriose - Ioci. P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

COMMENTARI "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

XII num. ann. II.

Auspicio de Europae bellis vel pace - ROMANUS.
De recenti morbo et restituta valetudine SS.
D. N. Leonis PP. XIII - Dr. Ios. LAPONI.
De optimis scriptorum graecorum et latinorum
editionibus - F. RAMORINO.
Catholicum athenaeum Insulense - D. TA-
MILIA.
De curribus electrica virtute actis - L. M.
Parens iustitia pacis - A. BASILI.
Ex Batavia - MICR.
Male feriantes Belgae operarii - A. VIEILLOT.
De aedibus Ss. martyrum Ioannis et Pauli in
clivo Scauri - SENIOR.
Aemilius Castelar - A. COSTAGGINI.
Vita functi viri clariores - C.
Frustula - FORFEX.
Americani Concilii ritus - X.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Quaesitus responsio - H. D. V. PIERALICE.
Librorum recensio - H. P.
Aenigmata - C. MANCINI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Athenaei praeses natu minimus - Ephemeridum scriptorum fata* - I. A. — *Domuspolis - Quid necesse sit spectantibus curationem leonum* - P. d. V.

XIII num. ann. II.

In Ioannem Baptisam Grossum praepositum cu-
riae Ioanniana Braiensium apud Subalpinos
annum xxv sacri muneris agentem - I. B. GAN-
DINUS.
Ex Sinensis imperatoris recenti decreto quae-
dam cogitate inferuntur - EUACALYPTUS.
De dramatis emendandis - I. ANTONELLI.
Veteres athenaeorum mores - A. COSTAG-
GINI.
In festum sancti Petri apostoli - F. X. REUSS.
Ferreum iter Transiberianum - A. LUZZANI.
De memoriis apostolorum Petri et Pauli in urbe
Roma - H. MARUCCHI.
De sericis textilibus arte confectis - LAELIUS.
Petrus Parenzo - A. FUMI.
De consistorio - H. D. V. PIERALICE.
Numen ubi? - A. BASILI.
Carolus Nocella patriarchatus Antiocheni titulo
decoratus - F. PELLEGRINI.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Librorum recensio - I. F.
Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Singularis tessera - Deambulatio per aquas - Ferrum ex paleis? - Londinenses in Britan- nia - Medici Lutetiae Parisiorum* - Ioci - P. d. V.

XIV num. ann. II.

Ibidus Iuliis MCXCIX - ROMANUS.
Hierosolyma urbs capta (Ex opere G. Tyri cui
titulus: *Belli Sacri Historia*).
De populari ingenuarum artium ratione - I. AN-
TONELLI.
Constantinus Christomanus eiusque opus, cui titu-
lus *Tagebuchblätter*, I. Folge - C. DE PACIS.
Ad Laurentium Perosium musicum clarissimum -
A. ARTIOLI.
De Nova Zelandia - H. A. STRONG.
Arcendae ebrietatis ritus apud maiores - LAE-
LIUS.

De memoriis apostolorum Petri et Pauli in urbe
Roma - H. MARUCCHI.
Maximum inter animalia Brontosaurus - H. De
VECCHI - PIERALICE.
Episcoporum Americae Latinae Concilium in
Urbe congregatum.
Vita functi viri clariores - C.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Ludi veteres et recentiores - ALPHA.
Aenigmata - M. FUSCUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Beneficia etiam ferae sentiunt - SALPA*
Qui - Ioci - P. d. V.

XV num. ann. II.

De hagano conventu circa pacem - EUACALYPTUS.
Mores iuvenum Germanorum studiis vacantium -
A. COSTAGGINI.
De telegrapho apud veteres Graecos - D. TA-
MILIA.
In Vincula S. Petri Apostoli - F. X. REUSS.
Europaeorum in Africa coloniae - LAELIUS.
De Portiuncula templo apud Assisium - H.
D. V. PIERALICE.
Didacus de Silva y Velasquez - I. ANTONELLI.
Ex Italia. Novocomensis de electride et sericis
publica recognitio igne absumpta - A. L.
Stela in Romano Foro effossa - ROMANUS.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Aenigmata - A. MORCHIO.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Cur Tertius dictus est Napoleon - Equi*
nullius - Iustitia claudicans? - Ioci - P. d. V.

XVI num. ann. II.

Indictio litterarum certamini additi dies - Vox
Urbis.
Ad Leonem XIII Pontificem Maximum - D.
CARD. IACOBINI.
De Belgicis perturbationibus - ROMANUS.
De ludis discendi apud Romanos - I. IACHINO.
Iosephi Parini notitia centesimo vertente anno
ab eius obitu - D. TAMILIA.
Ex Helvetia. De Sancti Mauriti Agaunensis
monasterio - A. SORDET.
Titiani Vecellii tabula Deiparam in Caelum
Assumptam referens - X.
Volatursus homo? - H. D. V. PIERALICE.
Nova urbs in Glaciali Oceano condita - A. CO-
STAGGINI.
Vita functi viri clariores - C.
Operariorum conditio apud Danos - A. VIEILLOT.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Librorum recensio - I. F. - H. P.
Aenigmata - C. A. MELANDER.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Quid in russis vaporitrabis pro Deo -*
Quae amittantur facilis - Lepidum reper-
tum - Ioci - P. d. V.

XVII num. ann. II.

Transvaaliana - ROMANUS.
De inscriptione recens in Foro Romano reperta -
Epistola ad *Vocis* scriptorem qui se « Roma-
num » appellat - F. RAMORINO.

Ad hirundinem familiarem - F. X. REUSS.
De terraemotu Urbis die xix mensis Iulii MDCCCIC
- SENIOR.
De nova lingua quam « caeruleam » placuit
appellari - MONTELUCCIUS.
Alexander Volta - A. COSTAGGINI.
Novocomum urbs - X.
Guardiagrelis monumentum - H. D. V. PIE-
RALICE.
Florum microbi - R. SPINA.
De telegrapho fili experte nova adinventa -
L. M.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Librorum recensio - I. A. - H. P.
Aenigma quadruplex - GRYPHUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Parvae ignivomiae ballistae apud Germa- nos - In locutas concludatum est - Phonur- gica - Ioci. - P. d. V.*
Epistolarm commercium - A SECRETIS.

XVIII num. ann. II.

Dreyfusiana - VERAX.
De coetibus sive synaxibus Christifidelium in
coemeteriis (ex ineditis) - M. ARCELLINI.
De libro Leonis Tolstoi « Quid est ars? » -
H. SALVADORI.
Metae futurae soboli propositae - I. ANTONELLI.
Nova aëriae navigationis tentata ratio - H. D.
V. PIERALICE.
Pii VI Pontificis Maximi commemoratio - G. P.
Heracliae urbis portus - A. COSTAGGINI.
Horas subsicivae. - In Antonium Canova scul-
ptorem celebrimum - D. PIANAR. - MORONI.
Spes vite comes - A. BASILI.
Quatenus animalium vita - ALPHA.
Remedia ad pestem praecavendam - R. SPINA.
Vita functi viri clariores - C.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.
Librorum recensio - FR.
Aenigmata - I. I. SULLIVAN.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Photographicae res - Ioci - P. d. V.*

XIX num. ann. II.

De variis populorum migrationibus - EUA-
LYPTUS.
De Pontifici litteris ad Galliae clerum missis - X.
De foeminarum institutione - H. D. V. PIERALICE.
Antonius Van Dyck - I. ANTONELLI.
Rubellula - F. X. REUSS.
Ex Americis - H. DOSWALD.
De coetibus seu synaxibus Christifidelium in
coemeteriis (ex ineditis) - M. ARCELLINI.
Telephonus absque filis in mari - M. L.
Crucis triumphi - HERSIUS.
Procellae ballistarum ictibus profligatae - A. CO-
STAGGINI.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis -
SCRIBA.
Aenigmata - A. BARTOLI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Oculorum lumen acerrimum - Belluarum*
progenies evanescentes - Quanam hora homines
maxime moriantur - FORFEX - Mira arbor -
Iudaei prae Christianis longaevi - Ioci - P. d. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE FOEDERE

INTER

LATINAS AMERICAE MERIDIONALIS NATIONES

VETEREM Sallustii sententiam, affirmantis concordia parvas res crescere, discordia maximas dilabi, nullas puto de publicis rebus veracius acrisus gentes sensisse, quam quae, latino sanguine natae, meridionales Americae regiones a XVI usque saeculo incoluerunt.

Hae namque, post fractum praecipue Iberiae vel Lusitaniae patriae iugum, nostro hoc saeculo fere omni, multiplicatis assidua vice seditionibus, bellis civilibus, barbarorum incursionibus, eversoque pluries in singulis, vel disiecto reipublicae statu, ad quaeviis humanitatis excolendae opera impotes plerumque sunt factae. Hic enim domestici belli exitus est, ut quantum habet roboris selectarumque populi virium, effuso inutiliter sanguine respublica amittat, et ad facinora omnia sive artium sive litterarum imbecilla reddatur.

*

Qua prorsus funesta experientia docente Latinis illis populis illuxit tandem quae et quanta essent sibi beneficia futura si, restituta primum interna quiete, concors deinde cum finitimis gentibus foedus institueretur.

At, cum alterius huius consilii suprema esset condicio ut alterum adimpleretur, iterati hactenus in intentum ter quaterque conatus in vanum misere cesserant, et nonnisi novissimo tempore civilis concordia satis firmata visa est, ut novis tandem ausibus ineundis prona via sterneretur.

Argentina enim respublica optimis iam aerae condicionibus floret, atque exortum cum proximo Chile de finibus statuendis dissidium plane composuit.

Sed Chile vicissim, exacto civili ultimo bello, maxima tandem quiete gaudet: et a delectis sibi administris sedula opera viribus instauratur, ut pariter in Uruguay, Cuestas clarissimo praeside curante, in dies maxime contigit.

Brasiliam denique, Campos Salles, illustris admodum viri, ingenium atque sagacitas veluti in integrum renovavit; tum enim cum Argentinis, tum cum Bolivianis quaestiones de finibus amice solutas vidit, et tributum, victoriae pretium, finitima Paraguay reipublicae solvit.

Quibus modo stantibus, nullum poterat opportunitus Argentinum praeses Roca momentum nancisci, quo diurni voti adimplementum experiretur: ut nempe Argentina, Brasilia, Chile, Paraguay, Bolivia statuto foedere coniungerentur. Hac itaque mente iter

init, cuius commentaria passim in diariis vulgata sunt.

*

Latent quidem rerum exitus; unum tamen, ni specie fallimur, satis eminet, quae primitus iidem diarii suo ex penu ediderant, de abditis forte bellicis pactionibus in Nordicam foederatam rempublicam initis, calumniosa esse omnino atque perperam efficta. Potissima enim quae constituenta videbantur, ad rem pecuniariam communibus viribus tuendam augendamque pertinent, ne externo passim aere emporia, portus, praediaque sua obruta cives videant. Haec vero si cui possent genti esse ingrata, Europaeis potius quam Americanis id continget, quorum pecuniae ex Angliae, ex Germaniae, ex Iberiae, ex Italiae oris ad eas regiones abundantissime confluent. At quantum ea a bellicis rationibus distent nemo est qui non videat, nisi forte animadvertisatur, e numeris huiusmodi detrimentis casus belli plerumque hodie exsurgere, quod tamen, obtestari iuvat, latini generis mos non est. Nil mirum itaque nos, in populos, quibuscum una sanguinis origine iungimur, non modo nulla aemulatione flagar, sed potius, cum videmus ad maiora contendentes, iis plaudere vehementer.

*

Et faustiora quidem iam sibi meruisse fata, acri labore et ausibus maximis, respublicae illae ostenderunt, et novis, quos agitant, luculentius evincunt. Quae inter memorasse satis erit, statuta de sternendis ferreis viis perardua consilia, tum ex Buenos Aires portu ad Sancti Iacobi moenia in Chile, per Andarum iuga, tum ex Assumptionis urbe in Paraguay ad Paranagum portum in Brasilia; tum iterum ex Buenos Aires litore in Bolivię. Ceterum omnia quae in agrorum longe lateque extenso cultu, vel in fluviali commercio proiecto, vel in irrigationis operibus constitutis, vel in aediliciis urbium monumentis, vel in industribus augendis machinis atque opificiis, innumera sunt. Iure imo gaudet animus cum palam notum sit per Argentinam praecipue planities et montes, silvas et flumina, urbes et portus, pleraque huiusmodi ab italis colonis, qui inibi maxima multitudine morantur, esse perfecta. Haec virorum, quos ex patria aeris alieni pondus depulit, nobilissima opera fuerunt, simulque comparata splendide nominis ultio.

*

Properet itaque, faustis auspiciis, dies quae latinum hoc foedus sanctum videat; ut qui nostrum vel inscii vel immemores genus vituperant quasi

senio tandem confectum, nova nepotum ausu elata portenta in dissitis terris mirantes resipiscant.

Si enim quod in litteris ac in bonis artibus magisterium hucusque tenuimus iam pro nihilo faciendum est, valeant haec saltem manus industria vel commerciis operata prodigia. Nam et ex iis, quae una morienti aevo laude digna videntur, Latinae stirpis perenniter renovata iumentus nimurum eluet, nostrumque, quem praeoccupant, occasus, quasi conficta in paucorum amenti somnio species prorsus evanescit.

ROMANUS.

ORIENTALIS ANTIQUITATIS CULTORUM
URBANUS CONVENTUS

SAPIENTIAE lumen, quod ex Oriente primum una cum sole hominibus illuxit, quod Graeci deinde in sacra antiquitate splendidissimum reddiderunt, Quires denique gladio et legibus quacunque effuderunt, coaluit iterum hodiernis diebus, atque super Urbem hanc nostram se evolvit, tum in consumptae diurnae aetatis memoriam, tum in adepti a nepotibus clarissimi ubique progressus solempne monumentum.

Etenim, in athenaei nostri aulas, ex dissitis omnibus orbis regionibus, orientalis antiquitatis convernerunt cultores, et qui ex hodiernis nostris gentibus vetustorum patrum monumenta summa semper dilectione speculantur, et qui ex antiquarum gentium sanguine orti, earum regiones incolunt adhuc, et legata primaevae historiae sacra custodiunt.

Gratus est igitur nostrum et humanorum omnium animus erga tanti conventus promotores, gratior vero in doctissimos viros, qui itinera diurna suscipere non dubitarunt, ut in hodierna mundi academia consederent.

Coniunctis enim ingenii ac doctrinae viribus, huic primum ex ipso Oriente delecti legati confluerunt, veterimae traditionis heredes; ad quorum vero latus novum agmen sedere placuit ex opposito Americae occidentali litora advectum, cui praecipuum fuit munus abditas et vetustissimas Orientalium cum Americanis communes origines et memorias, pro eo quod hactenus innotuerunt, exponere.

Coetus universus duodecim in classes est distributus; ac peculiare singulis, uti assolet, obiectum propositum, linguarum nempe orientalium studium, vel geographiae, vel historiae, vel iuris, vel religionum; terminus autem e sexto nonas ad idus usque Octobris constitutus.

Itaque studiorum campus latissime patet, cumque innumera commentaria et opuscula oblata praecepsibus fuerint, fructum sessionum copiosissimum sperare licet, earumque vulgata adamussim acta

dignum monumentum futurum. Ignoratur prefecto adhuc nova urbs, quae tot doctos viros convenire post nostram conspicet, at, nullibi protinus, quam Romae, mundi universi regina veluti ac patria, aptior est omnibus gentibus locus; neque ferme unquam verius athenaei romani nomen, quod « a Sapientia » impositum est, quam hodiernis diebus, coacta inibi ex Oriente universo vetustarum omnium rerum doctrina, insonabit.

W. M.



Guidonis Baccelli, italorum studiorum summi moderatoris, sapientibus cultoribus orientalium antiquitatum salutatio.

Quum Humbertus Primus, Italiae rex populique sui amor et decus, insigne mihi munus tribuerit ut vos aucto nomine alloquerer, salvere vos ego, hospites amissimi atque humanissimi, iubeo, laetitia gestiens. Vos, inquam, undecimque profectos bono esse animo exopto, dum, iuxta immobile Capitolii saxum, secundum supra decimum celebratis coetum, in nobilissima orientalium antiquitatum studia feliciter incumbentes.

Quae olim lux ab Oriente venerat ob studia a quovis vestrum singillatim suscepta et absoluta, coniunctis radiis, veluti ab ingenti ac purissimo speculo collecta et reflexa, hic hodie Orientem ipsum nova luce perfundit.

Qui autem de orientibus rebus conventus unum et viginti post annos, Europa peragrata, hic rursum habetur, hunc rex, hunc Italicus populus, hunc Romana gens, una sentientes complexu accipimus. Atque hoc vos omnes redisse laetamur, triumphos agentes etiam maiores iis, quos olim Quirites Asiaticis regionibus in potestatem polli Romani redactis et ad cultum, ad humanitatem, ad leges optimas revocatis, mirati sunt.

Quod si maiores nostri, quorum virtutibus quasi totidem stellis Romanae micant historiae, orientales populos tyrannide oppressos, in ius, in fas, in leges latinas vindicarunt, vos longe potiores redditis, dum gentis vetustissimae illius obrutas oblivione litteras artesque, felici atque assidua perscrutatione, iterum vivere et quasi e seculis saccularibus erutas, nova revirescere et florere juventute conanimi.

Quae agitis, sapientissimi viri, immortalia sunt; nam super omnem armorum impetum, super martis vim, sapientia et humanitas exigunt, unicuique proprium, id perpetuum fore atque immortale.

Utique, hospites optatissimi, cum vos Asiae scrutabamini celeberrimas monumentis gestisque maximis regiones, non sicco interdum oculo saeculorum iniurias considerasti et vix propria dignoscenda ruinis monumenta, urbes et loca vidisti, et quae sapientia legibus litterisque memoria mandavit, ea semper manent atque adhuc per vos renovata luce coruscant qualia olim fulsere.

Vos igitur qui animum advertitis ad ea sive eruenda, sive restauranda, sive restituenda, quae in orientibus terris vel saeculorum lapsus obruit vel barbaries invadentium attrivit, et modo populorum calamitatibus, modo incuria perierunt, vos ego aeternitati et famae superstitione devoteo. Et hac ipsa die devoteo, qua vos hospites, immobiles appello, et iterum salutatos volo nomine regis, cui nihil gratius est, nihil antiquius, quam idem cum populo suo velle et sentire.

Atque ut Romae aeterna sit huius diei tantorumque hospitum memoria, in regio Urbis athenaeo, ubi mox doctissima more vestro dabitis audienda, marmorea incidetur tabula, et disciplina hac vestra adolescentes italicis instituentur.

Ilo vero numine auspice, quod olim Iovem Lucetum nuncupantes in Capitolio Quirites colebant, quae lus per sapientiam vestram in ea quae sunt Orientis effunditur, hic altius cum nomine vestro non peritura manebit.

Salvete, igitur, etiam atque etiam, salvete,



In cultores disciplinarum orientalium Romae congregatos.

IOCUND OPTATISSIMOQ. VESTRO - EX TOT DISSITIS ORBIS REGIONIBVS IN VRPEM ADVENTV - AD XII CONVENTVM HABENDVM - AB ORIENTALIVM DISCIPLINARVM CULTORIBVS - NVNCVATVM - CLARISSIMA LITTERARVM LVMINA - VIRI PRAESTANTISSIMI - QVOR. INGENII ET OPE-RIBVS ORIENTALIVM SAPIENTIAE - THESAVRI CVIQ. STVDIOSO RESERANTVR - QVI SINGVLARI AC PLANE RECONDITA DOCTRINA - CONSPICVI - VNDE PRIMITVS OMNIS CVLTVS ET HVMANITATIS - RATIO LATE POLLEBAT - MAGNAM PARENTEM VIRVM - ADSETRVRI HONESTATVRI EO CONVENISTIS - GRATVLATIONES ET VOTA - COMMVNIS LAETITIAE MONIMENTVM - LVBTENTES ACCIPITE - VOBISQ. TANTI COETVS PRAESIDES LECTISSIMI - GRATIADAEV ASCOLIVS - ET ANGELE DE GVBERNATIS - ALTER RECENTIORIS DOCTRINAE PHILOLOG. - QVAM VOCANT - OMNIVM CVM FLAVSV DOMINSTAVRATOR - ALTER OPTIMAR. ARTIVM MAXIMEQ. ORIENTALIVM - PROPVGNATOR ACERRVME - FAXIT GENIVS LOCI VT MAGNO PROPOSITO - VESTRA HOSPITVMQ. SOLLERTIA RITE ABSOLVTO - NOVVM ITALIAE DECVS ACCEDAT - PATRIAE NOMEN VBIQVE GENTIVM - CELEBRETVR.

HENRICUS FANI.

DE NIMIO STUDIORUM LABORE IN ADOLESCENTIBUS

Non semel, tum a magistris, scholarumve moderatoibus, tum a medicis vel philosophis una est exaudita querela, per quasvis terrae regiones hodiernae humanitati atque sapientiae subiectas, sive pueris, sive adolescentibus aut iuvenibus studiis operam dantibus detrimentum valetudinis et ingenii contingere, vel imminere gravissimum; idque ex refertis nimis atque late congestis studiorum argumentis gigni, quae aetati impar onus ita efficiunt, ut sive militiam relinquere initam brevi tirones cogantur, sive ea exacta, imbecilli ad quasvis ulteriores investigationes vel altiora studia reddantur.

Iam ab anno 1861 mirabatur Herbertus Spencer non tam de infaustis tot malis, quae ex scholarum disciplina exsurgebant, quam de mira iuvenum virtute qui ea tolerarent impune; optimè autem, a. 1883, Ioannes Forbes, infausta experientia edoctus, hodierni scholarum regiminis hos praecipios esse fructus animadvertebat, virium imbecillitatem, pallentes vultus, infirmam plerumque valetudinem, ipsiusque mentis haud praeiudicia leviora. Adolescens enim nimiris notionibus, quam deceat aetatem, quasi vi refertus, congenitam sibi aciem brevi remittit, cum idque Spencer sapienter notabat - optima sit computatrix natura, quae cum hinc videat se nimis oppressam obrutamque, ita ut vires insuetas impendere ad onus cogatur, mira fidelitate inde detrahit.

Nemini itaque oblivisendum, hominum vires pro quavis aetate esse certis limitibus definitas, quas iuvat proinde prudenti et congrua exercitatione robore; ea tamen lege, ut nec paululum quam par est exercitationes ingravescant, nisi periculum consumptionis quam proxime placeat imminentis videare. Inde pluribus huiusmodi morbis attenuata cerebra panduntur, *ypersthesiae* praecipue et *neuropatiae*, cui cetera addenda, et oculorum acies amissa, et vertebrarum in tergo inclinatio, et capitis atque cerebri dolores acerrimi.

Haec quidem Nussbaun ac Rossbac, viri inter Germanos clarissimi, merito praenunciarunt; in Germania enim exempla histericorum, hebetum, melancholicorum frequentiora passim enumerantur; quae quidem in Italiam etiam deinde immigrasse compertum est, in adolescentium detrimentum; ut eorum

plures casus docent, qui, baccalaureum vel alium gradum academicum non consequuti, mortem sibi ipsis miserrime conciverunt, vel homicidae facti sunt.

Quibus perspectis, saepius conclamatum est, ut opportuna aliqua lex fieret, qua, ante studia ineunda, delectus quodammodo tironum indicaretur, prout in militaribus assolet, atque inepti omnes, acie ingenii vel nimis imbecillis viribus, repellerentur, ne maiorem sibi noxiā studiorum labore inrogarent. Verum ex ipsa studiorum ratione remedium deducendum existimo. Nunc enim, cum illud haud satis firmatum sit, num veterum potius disciplinis philosophiae et litterarum, vel novis, ut, puta, recentiorum linguis, mathesi vel naturae investigationi operam dare oporteat, haec ratio adhibetur, cumulandi in unum omnia et indigesta mole adolescentibus proponendi, ita sane, ut, exacto acri labore primo studiorum curriculo, cum athenaeorum tandem ingressus pateat, defatigata iam nimis ingenia et vacua, et cuiusvis disciplinae delibatione fastidita, ad altiora progrediantur. Nec mirum, aedopol; nullus namque faber neque murarius artifex est, neque agricola, cuius labores tam diu, quam primae nostrum iuventuti, sive domi, sive per collegia quotidie perducantur. Quibus ferme non raro, si tempus quod in scholis insumitur aliud superaddatur, quod in studium domi impendere oportet, facile ad decimam vel undecimam horarum summam perveniemus.

Nihilominus, nisi defatigatio nimia prohiberet, ne tanta quidem in die consumpta rite expendere, vel memoriae mandare, vel retinere omnia licet; quare Brouardelium improbantem merito audimus, deesse passim hodiernis iuvenibus eam ingenii aciem ac nervum illum, ut quaestionem unam eamdemque fixa quodammodo mente et diu meditentur: tempus enim ipsum in tot ac tanta distributum, singulis disciplinis et propositionibus deest. Sane quidem perniciosos studiorum fructus sibi evasisse plerique lugent, et ex elata tantis laudibus ac praeconiis hodierna eorum ratione nonnisi imminutas ac laborantes mentis vires, et ignotum quoddam de studiis omnibus taedium sese retulisse. Ecquid igitur? Continuo scienterque studiorum rationi providendum, nisi novam nepotum sobolem imbecillam passim atque hebescensem gratum videre sit.

R. SPINA.

SCURRAE CELEBERRIMI

CICERONIS iudicium, cui omnes consenserunt, de scurris et sannionibus est, quo immo et quasi eorum hominum descriptio profertur (*Orat. 61 in fin.*): « Atque hoc etiam animadvertisendum, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum quam sannio est? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore ridetur ipso. Salsum hunc possum dicere, atque ita, non ut eiusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum ». Attamen, ea diu convuluit apud diiores praecipue principes atque humaniores cura, ut sanniones et mimos, non minus quam poetas vel suorum gestorum historicos, quos in aulam advocavissent, caros haberent; saepe immo constat tum donorum liberalitate, tum ingenii estimatione illos praedilexisse. Quamquam plerumque non ea fuerunt suae mentis testimonia ab illis prolati, quae tantam praedilectionem excusarent.

Quibus igitur ex causis tantum favorem repetamus? Ad magnificentiam ostentandam morem illum usuvenisse receptumque dicendum est, vel rudem

plerumque primi
ditam, poetas co
manitatis specie
facetiis animo

Nec enim
Anglorum rege
bellas superadd
equo procumbe
vero est, etsi
eiusmodi mun
temporis exulta
tantum ridicula
optime calleren
dominis praeb
blicas res utere

Habitum, qu
non noverit; tu
riis coloribus in
dique exornata,
simul tinnirent;
stare assueverat
milonis capite
ineptum veluti

Erat tamen
vis a natura tri
dendi, eaque ca
nere plures erra

Hos itaque L
cedonum rex, A
rique romani C
runt; at media
sacrī bellī exad
dentes invenimus
citer saeculum se
sos, quo Petrus
huiusmodi viros
rī in Anglia e
lhelnum, cui C
ditissimus brevite
Catharina de Val
Henricus VIII W
Scotus Archibald
plurimas in aula
tumque eius prim
movit: hunc autē
quam tandem, qu
Germani Klauss
mitatu et Kunz v
sequutus est, pra
dictis adhuc ga

Celeberrimus
quem comicas fa
rasse dicunt, qui
deinde condidit;
die est, qui Franc
Rabelais primus,
in commenticia f
didere. Eius ad ul
divinis musices n
oculis lacrimas e

Nostros autē
ptoris venustissim
qui apud Ferrarie
eius gesta nihil
lum quam ipsa m
ad quem unum
simum inopinato
nemo id principi
patroni commotu
illo deambulans,

vel alium
nortem sibi
cidae facti

tum est, ut
lia ineunda,
ur, prout in
acie ingenii
ne maio-
ent. Verum
ducendum
s firmatum
sophiae et
im linguis,
dare opor-
num omnia
di, ita sane,
curriculo,
eat, defati-
usvis disci-
rogredian-
ber neque
us labores
sive domi,
ibus ferme
nitur aliud
mpendere
a horarum

rohiberet,
xpendere,
ia liceret;
audimus,
enii aciem
ndemque
tempus
ingulis di-
idem per-
erique lu-
coniis ho-
laborantes
diis omni-
Continuo
lum, nisi
sim atque

SPINA.

I

erunt, de
et quasi
rat. 61 in
non esse
esse tam
imitandis
o. Salsum
eiusmodi
tamen, ea
pes atque
on minus
cos, quos
epe immo-
genii ex-
derumque
illis pro-
ent.
m repeta-
rem illum
el rudem

plerumque principum mentem nonnisi ad arma de-
ditam, poetas ceterosque litteratos viros mentita hu-
manitatis specie patrocinari, et nonnisi scurrilibus
facetis animo gaudere.

Nec enim aliter facile intelligas Eduardum II, Anglorum regem, sannionis sui stipendio viginti libellas superaddere consueuisse, ut continue fere ex equo procumbens regis risum moveret. Adnotandum vero est, etsi primo fatui tantum et amentes ad eiusmodi munera vocati fuerint, progressu tamen temporis excultiorem in dies mentem et magis acutum ingenium fuisse ab illis requisitum, quo non tantum ridicula dictoria vel satyrica epigrammata optime calerent, sed interdum consilia secreto suis dominis praebent, quibus inter domesticas vel publicas res uterentur.

Habitu, quo plerique inducebantur, nemo est qui non noverit: tunica, femoralia, penula, cucullus variis coloribus insolite distincta, et tintinnabilis undique exornata, quae ad motus eorum vel levissimos simul tinnirent; sed sceptrum etiam irrisorium gestare assueverant, ridiculo quodam belluae aut pumilonis capite munitum, vilioris ipsorum muneris ineptum veluti symbolum.

Erat tamen saepe incondita quaedam ac facilis vis a natura tributa suavissimorum carminum condendi, eaque canendi ad cytharae sonitum; quo munere plures errantium vatum functi sunt felicissime.

Hos itaque Dionysius Syracusanus, Philippus Macedonum rex, Alexander Magnus, Augustus ceterique romani Caesares caros supramodum habuerunt; at media praelestum, quam dicimus, aetate, sacris bellis exactis, optimatum omnium in aulis ludentes invenimus, quod ad decimum septimum circiter saeculum servatum est; diutius vero inter Russos, quo Petrus ille magnus duodecim plerumque huiusmodi viros in comitatu semper aluit. Celebrimi in Anglia enumerantur surrae: alter qui Willelmum, cui Conquimenti cognomen, sequebatur, ditissimus breviter factus; alter Owen Tudor, cui Catharina de Valois, post Henrici V obitum, nupsit. Henricus VIII Will Somers dilexit, et Iacobus V Scotus Archibaldum Armstrong, qui suis disteris plurimas in aula discordias excitavit, regemque natumque eius primogenitum in mutuas iras saepe commovit: hunc autem et Carolus I carum habuit, quamquam tandem, quod sacris irrideret, ex aula dimisit. Germani Klauss fatuum in Friderici III Saxonis comitatu et Kunz von-der-Rosen, qui Maximilianum I sequutus est, praecipue memorant, eorumque facete dictis adhuc gaudent.

Celeberrimus inter Gallos habetur BoisRobert, quem comicas fabulas pro Richelieu cardinali exarasse dicunt, quique gallicum academicum coetum deinde condidit; illo vero magis notus Triboulet hodie est, qui Francisci II regis tempore vixit, quemque Rabelais primus, deinde Victor Hugo, summus poeta, in commenticia fabula *Le roi s'amuse aeternum redidere*. Eius ad ultimum casibus Iosephus Verdi noster divinis musices numeris in opere *Rigoletto* ex omnium oculis lacrimas elicuit.

Nostros autem scurras, Francisci Sacchetti scriptoris venustissimi opera, Gonnella unus superavit, qui apud Ferrarenses ducem moratus est; sed inter eius gesta nihil magis miserandum simul ac ridiculum quam ipsa mors fuit. Dux enim morbo laborabat, ad quem unum remedium esse in balneum rigidissimum inopinato demergi medici dictabant. At cum nemo id principi suadere auderet, Gonnella, studio patroni commotus, quadam die in litore lacus cum illo deambulans, impulsu repente dato, ipsum in

aquam deiecit. Sed optima illius mens impeditre non potuit quominus exilio statim multaretur. Ex quo ille patriae revisenda amore correptus, cum currum terra implevisset ex provincia Paduae finitima effossa, ipsi insidens Ferrariam reversus est. Nec tamen tam mire excogitata subtilitas a vinculis illum servavit; quin immo capit is damnatus. Itaque statuta die, vitta oculis imposta, patibulum concendit; at carnifex repente magnum situlum aquae plenum attollens, in damnati caput proiecit. Statim populi circumstantis acclamaciones et laetitia ad caelum elata sunt; sed cum ad Gonnella solvendum manus sunt admotae, inertem invenerunt, mortis terrore extinctum.

I. ANTONELLI.

RUSTICATIO AUTUMNALIS

AD AMICUM CELSUM

*Vivimus Urbe procul: plenis vindemia labris
Spumat, et e Nysae vertice Bacchus adest.
Non fictae Arcadiae feriunt hic pectora cantus,
Sed resonant veris arva beata choris.
Fratri cum cyathis res est; mibi dulce bibenti
Assidere atque assas edere castaneas.
Pupula, dum scribo, centum me lusibus urget,
Et chartam tenera vult lacerare manu.
Nec tamen haec quum sint aegro solatia, cessat
Excruciare vetus languida membra dolor.
Utor Kneippo, at calido, nam frigora mordent;
El mersor plena more bidentis aqua.
Sic mibi tranquillum per silvas degitur aevum,
Nec quidquam, nisi quod labitur hora, gravat.
Multam cum Paulo mittit Zephyrina salutem
Adventusque tui exspectat eterque diem.
Cum Petronilla iubeo salvere Philippum,
Dum cupio vobis prospera cuncta. Vale.*

Postscriptum:

*Celse, ne, quaeo, veteris sodalis
Immemor, labi patiare tempus,
Quin meis, quidvis iuverit, reponas
Sponte libellis.
Rara iucundi mibi deferuntur
Scripta collegae, placuere postquam
Mitis autumni faciles sopores
Arcta que cura.
Scribe: tum strato leviore fessos
Porriges artus capiesque somnos,
Donec Octobre vigilanda reddant
Pensa Calendae.*

P. ANGELINI.

VATICANA BIBLIOTHECA

MAXIMA brevi complexurus eloquio, faciam ad instar eorum, qui orbem terrarum exigua in pagina pingunt. Extenuabo omnia, et ad meam redigam tenuitatem; quoniam et ad amplitudinem dicendorum assurgere nequeo, et iniqua rei spatia negant rem pro dignitate tractare.

Hoc in primis notatum volui.

Bibliotheca Vaticana appellatur ex loco, in quo est, nempe in pontificis aedibus ad basilicam S. Petri in Vaticano; posset enim aequae dici Lateranensis, Avenionensis, aut alia. Nomen illi proprium *Apostolica* est, quippe ab Apostoli exordium fuit, penes quos, Petrum et Paulum dico, Evangelia Matthaei saltem et Marci, credo pariter Lucae, Apostolorum Actus, Epistolae Catholicae et Paulinae, Veteris Testamenti codices, necessario ad evidentiam

fidei servati sunt, et fortasse etiam illa (de qua non obscure Paulus apostolus in Ep. ad Tim. I, cap. VI, v. 3), *Doctrina Apostolorum*, cuius graecus codex hebreismis refertus nuper Byzantii in Fanar est inventus.

Accesserunt postea Acta Martyrum, Decreta in haereticos, et, quae Paulum iam urgebat, « sollicitudo omnium ecclesiarum, instantia quotidiana », tum *Pastor Hermae*, tum *Clementinae Epistole*, *Apologiae*, et alia huiusmodi.

Ceterum Sacri Libri thesaurus apud singulas ecclesias erat, et scimus in persecutionibus quae sita ab idololatria volumina ad comburendum, et *tradidores* tunc primum appellatos eos, qui sacra volumina tradidissent, seu metu mortis, seu tormentis coacti, sive avaritia; quamplurima enim huiusmodi eburneis, aureis, gemmatis, cedrinis et argenteis arte mira caelatis tabellis vidimus tegmina, quae primam et extremam libri paginam tuerentur.

Quae quidem non abs re sunt; nam hisce experimentis adhuc, antiquo ritu, utuntur Iudei Sacros Libros in synagogis venerabundi servantis, iuxta morem Moysis et Esdrae reponentium in tabernaculo volumina Legis.

Damasus papa, musis amicus, colligendos undequeaque libros curavit, quem postea pari studio sequuti sunt sanguentes Pontifices, et a remotissimis temporibus bibliothecarios in Apostolica Ecclesia fuisse historiae testantur.

Xystus V, Dominico Fontana architecتو usus, aedificium molitus est hoc, quod hodie librari asservandis inservit. Ingens aula in transversam aularum seriem quingentos passus productam immittit. Picturis insignibus parietes, antiquarum et recentium artium portentis loca decorantur, atque in ipsa bibliotheca pretiosa fictilibus etruscis, porphyreticis, aereis, gemmis vincunt exspectationem, mentem cumulant inenarrabilibus. Smyrnae Ariostis et Hypoliti martyris, episcopi doctissimi Portuensis, eruta simulacra a catacumbis Laurentianis in Tiburtina, locum exornant; tum sequitur per abacos et mensas disposita collectio rerum, et supellectilium quibus primi Christiani usi sunt; quae omnia pariter catacumbae trididerunt. Nimbi vitrei, annuli, crucis, symboli, tesserae, instrumenta supplicii percellunt oculos, et animos occupant recordatione temporum, quibus illa fuerunt.

Benedictus XIV, Pius VI, VII, IX, Gregorius XVI, Leo XIII, qui novam insuper scriptoribus et lectoribus aulam salubriorem et clariorem sole constituit, bene de bibliotheca meriti sunt.

Viginti quatuor millia codicum manu scriptorum enumerantur, praeter Sylvias innumeratas, in quibus pretiosissima congeruntur. Centum viginti quinque millia voluminum sunt, quae Nicolaus V, Xystus IV, Xystus V, Clemens XI, Pius VII, Leo X et XII, plerique alii Pontifices concessere. Huc, tamquam in mare, celeberrimae Electoris Palatini, Christinae Suevorum reginae, ducum Urbini, marchionis Capponi, Othoboniorum, Zeladae, Ciconiarri bibliothecae confluxerunt.

Hic Biblia illa graeca, vi a Christo saeculi opus, maioribus characteribus conscripta, iuxta Septuaginta; hic hebraicis characteribus Biblia, Iudeorum iudicio pari auro comparanda; hic aureis litteris liber de Act. Apostolorum, hic Missale Gelasio papae coaevum, hic Breviarium imaginibus pictum, Mathiae Corvino regi proprium; distinctum imaginibus pariter vetustissimum Martyrologium; Vergili poema, v saeculi opus, Sante Bartoli figuris insigne; poematis Alligheriani pretiosissimum exemplar a Boccaccio exaratum, ut Francisco Petrarchae donaret, et epistola Alligherii, ut fama est, qua ipse explicat quid poemate suo triplici senserit, quid descripsit sub velamine versuum tenebricoso, qua obvius est sensus verus legenti, et omnia patent, omnia clarescent; posuerat quippe signa et nomina pro rebus aliisque viris.

Orientalibus literis manu scripta tria voluminum millia, graecis item manu scripta quinque voluminum millia numerantur.

Haec bibliotheca illa Vaticana est eodem tempore artium et doctrinarum museum, recentium et veterum disciplinarum thesaurus; recentes dicimus, quae a nobis trium saeculorum intervallo dividuntur! Recentissima praetermittimus.

Sed tamen quot dispersit illa Avenionensis peregrinatio! Quot illa Romae, Carolo V rege, expugnatio, quā milites libris bibliothecae ignem succendebant in atrīis Vaticanis! Quot in depopulatione gallica superiore saeculo decadente perierunt!

H. DE VECCHI PIERALICE.

NOVA MORBORUM DIAGNOSIS

UBI primum nova haec medicinae via nobis nūciata fuit, pendebamus animis utrum et nos in commentariis nostris de ea scriberemus, nec ne. Prudentioris esse rebamur silentium, donec sibi sterneret callem veritas, ne quovis vento doctrinae rapi et

Hinc quemadmodum in natura est, ut canis narium vi distinguat in venatione leporem a vulpecula, cervum ab apro, ac diverso latratu venatorem de futura praeda moneat; ita quoque in natura est, ut non modo medicus, sed quisque aegrotanti adstans odore infirmitatis peculiari de natura ac specie microborum insidiantium commoneatur, atque ad ea convertatur suppeditanda remedia, quibus illa mortifera agmina, sive inter viscera, sive per cutem grasantia, deleantur.

Quod quidem, ne longius abeam, fere quotidie p̄e manibus est; nam, sedulae circa suos matres, filios vermibus laborantes halitus odore dignoscunt, et medicinam parant ad expellendam turmam, quae carissimis earum comparet interitum, si morti-

bris intermittens, quartana vel tertiana sit, recentem panem; histerismus redolet halitum violarum.

Haec ille et plurima, quae ulterius protrahere munera nostri non est, ne lexicon potius, qnam rei tractationem confidere videamur.

Non tamen erit huic scripto finis, nisi prius aliquid etiam de illo odore dicamus, qui apud plerosque medicos notus habetur, atque *odor mortis* passim appellatur.

Hic definitur: « odor sui generis, non acer, sed quasi ponderosus, dulce aliquid a naribus gutturi infundens, nullius odoris similis; qui communiter in morbis triduo ante mortem profertur, tresque integro implet dies ».

Medici Mackintosh, Hardmann, Rowan, anglī et ipsi, de hoc odore scripserunt, atque experimenta addiderunt. Eadem et illi fatentur, qui sacerdotali fungentes munere adsunt infirmis in supremo vitae discrimine constitutis, atque tum anglici illi, tum isti intolerabilem eiusmodi foetorem denuntiant; qui foetor quidem non violentia ulla intolerabilis est, nam levis, et vix naribus pervius; sed talis fuit constantia, et nescio quo adminiculō quod respiranti repugnat, quasi ipse pulmo noscat in illo esse aliquid, quo vita roditur ac deletur.

Neque parvi facienda hic auctoritas clarissimi medici De Matteis, qui Romae quinquaginta circiter abhinc annis latissime explendescebat tum supremo medicinae magisterio in Romano athenaeo, tum in aegrotis iudicandis atque curandis. Qui Vicovariensi Iosepho Agostini, discipulo sibi prae ceteris carissimo, miranti sapientiam eius in prognosi, dicere saepius urbane solebat: « Cura nasum, et apud lectulum aegroti saepius ante triduum futura praenosces! » Nam, addebat ille, nihil in natura ex improvviso fit. Humana compago repente non dissolvitur, sed pe-

detentim per varia membra, donec praecipua attingat viscera, progreditur; hinc debilitas, postea inertia, denique finalis dissolutio. Qui moriturus brevi est, iam inde pluribus in sui corporis partibus mortuus erat.


Haec autem nos notata voluimus tum ut disciplinae exordienti huic, tum ut pietati, religioni, humanitatique serviamus.

SENIOR.

DE PILARI QUODAM LUDO APUD RUMENOS

IMAGINEM photographice expressam, quam lectribus submittimus, una cum epistola, ex Rumenia maximo gaudio accepimus a clarissimo viro R. I. Athanassio; quae omnia pergrata nobis fuisse omnibus coniectare licet, qui latinarum rerum gentiumque studia quantopere iure foveamus plures ex commentario deprehenderint.

Imago itaque lusorum iuvenum decuriam exhibet, ex regali rumeno lyceo « Nicolas Balasco »



Aula maxima Bibliothecae Vaticanæ.

circumferri videremur; at praeter opinionem res accidit, qua experientia propria facti sumus certissimi non esse leve cognitionum hoc genus, et valde lectoribus commentarii nostri nos profuturos, si, quae infra recensentur, indicaremus.

Atque ad argumentum pertinet asserre criterium, ut ita dicam, in metaphysica positum, et quasi praediudiciale, quod hac una absolvitur quaestione: Potestne morbis iuxta singulorum naturam odor peculiaris adesse?

Quaestioni huic triumphali sermone bacteriologica, etsi recens, dat scientia responsum; omnis enim generatur ex corruptione morbus; corruptio autem fit ex multiplicatione et cumulo microborum partem corporis adormentium et inficientium.

Quapropter, cum sciamus esse singulis animantium speciebus proprium odorem - aliud enim olet canis, aliud lepus, aliud mus, aliud serpens, aliud gallina, aliud scolopax - naturale prorsus est, ut aliud redoleat inter se diversa genera, diversaeque species minimorum animantium, quorum affluxu et cumulo morbus excitatur.

ferum, in quod incumbit opus, quieta persequatur.

Hinc anglicus quidam medicus, quem ego « emunctae naris hominem » dicere non dubito, negotium sibi nuper assumpsit scrutandi odorem, quem certa infirmitate sibi crediti aegri redolerent, remque eo assidua praxi perduxit, ut non modo plerasque infirmitates odore tantum discerneret (linguae, venae, cutis, ventris et omnium, quae in more sunt, inspectionibus posthabitis et praetermissis), sed quasi catalogum confecerit, qua et infirmitatum genera et consocii odoris indicia ostenderentur.

Atque, ut aliquid inde in bonum derivet, addimus, e syllabo scitissimi viri, quae sequuntur.

Illud infirmitatis genus, quod hominum membra pluribus bubonibus afficit, iisque proximis ita ut caro quasi apium favo altius effossa cernatur, ideoque *favus* dicitur, dat odorem murium.

Qui rheumatismo faciles sunt, quique ipso labrant, sudorem secernunt nares acidulo odore affidentem.

Scorbutus dat odorem putrescentium carnium; peritonites muschum; strumae cerevisiam halant; fe-

selectam, qu
S. Corbu. I
huius annis
capite indic
scholis luso
detis, insign
mis quiescen
superbi aene
insculptus q


Sed ludi
strum pleris
ut non ing
verbis aliqu
latina nil ha
ludi vicibus
nen, nil re
corruptum es
« pila ovina
exstare, nisi

Aut tu s

qui profecto
de adipē po
saepe excres

Attamen
quos vir erū
trigonalis » (j
quibus potest
« reticulum »

Verum, u
opposito agn
storum », alte
delectus ante
ducum electi
mero ex utr
dant ac suo
lites qui agg
res repellunt
veniunt: selec
in pastorum
est ludi lex -
borem, aliud
rumque cente
terdum vero c
qui sive fugie
cussent, sive
agmen gemini
castra occupa



selectam, quos inter ipse gymnicorum magister Radu S. Corbu. Decuria vero ea est, quae ex postremo huius annis certamine, Bukarestensi in urbe regni capite indicto, convenientium undique ex Rumeniae scholis lusorum victrix discessit. Victores itaque videtis, insigni unumquemque donatos, in adeptis palnis quiescentes, praemioque, quod exhibent, iure superbi aeneo signo, in quo athleta facem gestans insculptus quasi «lumen viribus partum» significat.

Sed ludi nomen *Oina*, ut mihi, fateor, ita et verstrum plerisque ignotum inexploratumque puto, ita ut non ingratum ducam, rem ipsis clarissimi viri verbis aliquantulum explanare. De origine nominis latina nil habeo quod dicam: cum enim ex totius ludi vicibus pastoria atque pastoralia nomina insontent, nil rectius quam ut *oīna* ab ovino vel ovillino corruptum esse verbum existimemus. Quamquam de «pila ovina» nullibi puto apud veteres memoriam extare, nisi in illo Sereni Sammonii:

Aut tu sume pilam, quae caudis haeret ovinis,

qui profecto minime de ludo intelligendus est, sed de adipie potius illa, quae circa ovium caudas persaepe excrescit.

Attamen fuere apud maiores plurimi pilares ludi, quos vir eruditissimus memorat: «pila follis», «pila trigonalis» (*τριγώνη*), «pila paganica», «harpastum», quibus potest etiam muliebre ludi genus addi, quod «reticulum» appellabant.

Verum, ut ad *Oina* revertamur, duplice atque opposito agmine ipsa ludunt, quorum alterum «pastorum», alterum «militum» nuncupant. Agminis delectus ante pugnam, ut in similibus passim solet, ducum electione fit, ita vero ut ludentes pari numero ex utraque parte in sphaeristerium descendant ac suo quisque loco consistant. Itaque tum milites qui aggrediuntur, tum pastores, qui aggressores repellunt, ligneis clavis instructi ad praelium veniunt: selectusque primus miles pilam, clavae ictu, in pastorum campum deficit, statimque — ea enim est ludi lex — fugam capere cogitur, usque ad arborem, aliudve signum ante constitutum, quod plerumque centenis passibus a pugnantibus abest. Interdum vero commutandae sortis patet pastoribus ius, qui sive fugientem inimicum remissa statim pila percussent, sive volantem adhuc eam in adorientium agmen gemitaverint, immutata ludi vice, militum castra occupant, dum milites in pastorum iniquorem

pellabant. Erat enim ab ἀρπάξω dictum, quod plures projectum follem arripere conarentur; nam ludentes, in duas partes divisi, ut vibratam pilam in hostes repulsarent, eius volatu remittendae obliti, circa cadentem luctis et pugilatu certabant, atque in terram se invicem prosterentes, pulvere et sudore foedabantur. Laboriosum profecto ludi genus et grandioribus tantum conveniens. Quare, *Oīnae* etiam rumeni ludi originem ex patrum ludis esse repetendam clarissimo viro libenter concedo, non ea vero adamassim forma, qua in praesenti viget, vel iis legibus, quibus a summis studiorum curatoribus per Rumaniam obstrictus ludus est. Nam neque «harpastum» neque «pila trigonalis» vel «follis» vel «paganica»

locum descendunt; post haec ludum eodem ritu proseguuntur. Paulatim vero fugientes ad arborem milites, pila vel prima vice perculti, e campo quasi vulnerati discedunt, atque imminuto agmine agilioribus sociis victoriae viam pan-

dunt.

Attamen ludum huius simillimum apud Gallos convaluisse novi; inter nostros vero, licet non saepe, alterum haud multum differens ludi spectavi genus, ad quod maximo folli, immisso aere intumescente, utuntur, quodque, uti in veterum «harpasto» fiebat, procurrentes et luctantes, et alii ab aliis præripere conantes, non manibus, sed, pree magnitudine, calcibus repulsant.

Haec, quae summa humanitate clarus vir exhibuit, brevi enucleata sunt, de quibus gratias ipsi amplissimas reddo, tum quod nostri memori fuerit comiterque de nobis sentiat, tum quod de communibus patrum memoriis revocandis adeo se sollicitum gerat.

R.


DE COETIBUS SEU SYNAXIBUS

CHRISTIFIDELIUM IN COEMETERIIS

(Cfr. num. super.).

V.

Antiquus mos natales martyrum singulis annis celebrandi apud eorum sepulcra est apprime notus. Post martyrium Polycarpi, Antonino Pio imperante, Smyrnae fideles scripserunt epistolam encyclicam anno CLV, quae reliquias sancti martyris «in loco convenienti depositas» fuisse declarat. Quae verba adeo satis obscuritatis et circumspectionis continent, dignosceretur tunc a Iudeis et ethnicis locus



Oratorium vetustissimum supra coemeterium Callisti

Io. BAPTISTAE DE Rossi, clarissimi viri, antiquitatum christianarum instauratoris, simulacro decoratum.

cum ipso convenient; immo unum est in quo ab omnibus antiquorum ludis quam maxime *Oīna* abest, quod pila scilicet clava iactetur, quum contra veterum pilae non nisi manibus vibrarentur.

In Italia vero similia obtinuisse apud plebem num-

sepulturae martyris ipsius, quo statuerunt Christiani annuatim convenire.

Nam Iudei, post mortem Polycarpi, Christianis corpus repetentibus obstiterunt, suadentes proconsuli, ne illis concederetur, qui tamquam deum ado-

rare vellent. Tunc centurio iussit, ne tumultus fieret, corpus comburi; quo facto, fideles collegerunt cineres et ossa « auro pretiosiora et gemmis », ut in illa epistola videretur est, in qua etiam haec leguntur: « Deus nobis gratiam faciet celebrandi diem anniversarium martyris illius ».

Quo loco, iuxta Carthaginem, Cyprianus capite obtruncatus fuit, altare erectum est, ubi fideles se annuatim congregabant: « Ibi mensa Deo constructa est », ait Augustinus, « et mensa dicitur Cypriani, quia ipse immolatione sua paravit hanc mensam, non in qua pascat sive pascatur, sed in qua sacrificium Deo, cui et ipse oblatus est, offeratur » (1).

Ut iam innuimus, primo et secundo saeculo Ecclesiae istae synaxes fidelium *litterae* fuerunt pacifcae: violentiae tumultusque plebis contra coemeteria sub dio coeperunt, ut Tertullianus meminit, initio saeculi tertii; et antiquior et prima inhibito fidelibus coemeteria adeundi per edictum facta, ad annum bis centesimum quinquagesimum octavum pertinet: « ne Christiani ulla conciliabula faciant, neque coemeteria ingrediantur ».

Ideo Io. Baptistae De Rossi sententiae subscribimus, qui natales martyrum eo tempore celebratos esse a multitudine fidelium in coemeteriis sub dio existimavit, et sacrificium oblatum in oratoriis superioribus, iuxta aut supra martyris sepulcrum aedificatis: hoc autem more servato, ut multitudo congregaretur in area sub dio, quum sacerdos et altare essent intra oratorium.

Idque plane confirmatur ex oratorio illo vetustissimo, quod adhuc supra Callisti coemeterium manet. Cuius anterior pars cellae initio omnino aperta fuit, absque muro frontis et porta: sicut plerumque etiam exedrae erant convivales constructae, atque ita ut illa basilicula adhibita fuerit veluti sanctuarium et presbyterium pro sacerdote et clericis, dum populus in area exteriori congregaretur.

VI.

Scimus ex Eusebio (2), Licinium imperatorem prohibuisse fidelibus ne coetus in oratoriis urbicis haberent et tantum veniam dedisse, ut extra urbes sese colligerent « aperta planicie et aere ». Locorum enim angustia subterraneorum non sinebat ingentem multitudinem congregari prope sepulcrum in cry-

(1) *De divers. serm.* II. (2) In *Vita Const.* I, 52.

Aërei itineris mirabiles eventus.

GEORGII A. Wade, aeronauta, ad anglicum commentarium, cui titulus *Wide World*, perfecti a se aërei itineris cuiusdam superatique tremendi discriminis narrationem misit, quam nos, nulla immutata re, lectoribus latine tradere non ingratum fore duximus.

Ita igitur Georgius:

Dies iam aderat duodevigesima mensis iunii anni 1898, qua ascensio soluto aerostato sequensque descensio, serico ad arcendos casus munera velario, ex urbe Keighley in americana Yorkshire civitate, mihi erat tentanda, qua feste, urbanis nosocomiis opitulandis celebrari in rure solitum, solemnius redderetur.

Aer satis perturbatus a matutinis horis fuerat, et quamvis, advesperascente luce, pluvia tandem cessisset, festi tamen principes, ut iter audacissimum ad aliam diem aggrediendum transferrem, cauti suaserant. At ego, ne forte plebi, metui vel imperitia facile credulae, displice-

ptis: ubi celebratio mysteriorum privatum siebat. Hinc distinctio illa de qua mentio est in *liturgicis* codicibus romanis saeculi quarti et sequentium, inter *Missam publicam* et *Missam quae ad corpus* dicebatur.

Haec equidem legimus fieri consueuisse die natali sancti Laurentii in eius basilica ad agrum Veranum; ibi in subterraneis angustis, *Missa ad corpus*; sub dio valde magno et spatio in loco *Missa publica* habebatur.

Ita Prudentius, describens subterraneum sepulcrum martyris Hippolyti et fidelium ad illud concursum, ait:

*Angustum tantis illud specus esse catervis
Hand dubium est, ampla fauce licet pateat;
Stat sed iuxta aliud, quod tanta frequentia templum
Tunc aeat, cultu nobile regifico* (1).

Quod si propter persecutionem et consilii causam synaxis omnino esset subterranea, tum pauci, triginta, vel, ad summum, quadraginta, in ipsa crypta vel synaxeos cubiculo congregabantur; ceteri sese in proximis cubiculis et cuniculis congregabant, quorum ingens erat copia, ut in coemeterio Callisti videre licet, ubi bis centena et amplius cubicula numerantur, quorum singula decem saltum homines complecti possunt.

Opportuno autem tempore, ut mysteriorum participes fierent, omnes qui in cubiculis erant congregati, unus post alium ad locum synaxeos Christi corpus sumptu accedebant; ad absentes vero ministerio diaconorum vel acolytorum Eucharistia mittebatur. Atque constat in coemeterio Callisti alterum ex insignioribus monumentis sepulcrum esse acolyti illius Tarsicii, qui iuxta portam Capenam occisus fuit quod sanctissimam Hostiam Paganis tradere recusasset, quam ipse a coemeterio in Urbem ferebat:

*Ipse animam potius voluit dimittere caesus,
Prodere quam canibus rabidis caelestia membra.*

Ex ineditis MARIANI ARMELLINI.

(1) *Perist.* XI.

ERRATA-CORRIGE. — In prima superioris numeri editione calamis error irrepsit, animadversione quidem dignus. Ubi enim (in tit. « Crucis triumphi », pag. 151) dicendum erat: *anno quingentesimo septuagesimo primo*, legitur: *anno septingentesimo*, etc.

rem, consilio morem gerere nolui: quoties enim vix possibilis volatus videretur, ab eo ineundo numquam recessi.

Globum, canicularibus horis, inflari ac adminiculis omnibus cautionibusque, quibus ad rem opus est, muniri sedulo curaveram; eratque globus ipsa mea cura arteque constructus sexdecim millia aëris mensurarum amplitudine magnus.

Inflatio lentius aliquantulum progressa est, ad horam usque post meridiem septimam cum dimidio, qua tandem, omnibus ad iter instructis, tanta erat in aëre ventorum vis, tantae nubes, ut, ne ascendentis visionem omnino spectantibus obruerent, merito timerem. Tutorium cadentium velabrum, adhibita fune ex gossypio torta nec pondus 50 chg. gravius sustentare valida, propriis manibus reti, quae globum circumsepit, ipse nodo coniuxeram. Est autem huius funis officium, ut velabrum in ascensione sustineat; at postea, ubi viator ex globo in aerem sese iactaverit, illico fracta, cadenti liberum velarium relinquit.

Antequam vero globum condescenderem, cum tardior hora esset, gravissimam omisi diligentiam, qua semper alias usus fueram, ut nempe universam machinam eiusque partes quam sedulo inspicarem ac visitarem. Unum tamen forte curaveram, ut annulo, qui velario suspenditur, fu-

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Gastonius Tissandier, qui, sex et quinquaginta annos natus, in oppido quodam inter Pyrenaeos montes nuper decessit, in id maxime incubuit, ut doctrina novis cognoscendis rebus in dies crescenti populo facile traderetur; quod eius libri, ii praecepit, quos *Scientiae solitariae*, *Disciplinarum martyres*, *Laboris heroe* inscripsit, ipseque commentatoris *Natura* ab eo in Gallia constitutus, satis demonstrant. Ceterum vir abundantia doctrina excultus fuit, pluresque machinas advenit de aëria navigatione. Nam et aetherius excusor animosissimus extitit: ecquis oblivioni dedit memorabilis illud aetherium iter diei 15 mens. aprilis 1875, in quo, cum aerostatus 8600 metr. altitudinem attigisset, unus ex tribus viatoribus, ipse Tissandier, e mortis limine vix est revocatus?

Americus Andreocci, clarus in Catinensi athenaeo chymico doctor, repentina morbo correptus est vix quintum et trigesimum agens annum.

Philippus Palizzi, pictor ex Samnio celeberrimus, in belluis penicillo effigendis omnibus longe antecellens, gravis annis obit Neapoli. Tenax propositi vir diei cum aequalibus certavit de pingendi arte veritate integranda, donec tabula illa mira, qua animantes post biblicum diluvium retulit, tantum nomen ipsi comparavit, ut concertationum plenae disputationes omnino remissae fuerint. Paucis abhinc annis Romanae nostrae civitatis tabulas, quae *studia vulgo dicuntur*, dono dedit; eaeque asservantur in pinacotheca quam *recentioris artis* appellari placuit, omnium oculos ad se magisterio summo trahentes.

Pictores alii, iisque in sua arte peritissimi, **Theodorus Baron** et **Ioannes Segantini** vita functi sunt, alter S. Ger-vassii in urbe Galliae, alter in montibus Schafberg.

Carcassi vitam apostolicis laboribus confectam absumpit **Taurinus Lodovicus Cahagne** episcopus, in regione af-i-cana Harrar vicarius apostolicus.

C.

ANGLICA VIA AD SINAS DEDUCENDA

TRANSIBERIANAM viam, quae Asiam septentrionalem universam ex utroque litore persulcabit, suo tempore descripsimus: sed suscepta iam re, magna aemulatio apud Anglos excitata est, cum notum sit aequorei itineris ex Anglia per Brundusium, Suez atque Indias ad Shanghai portum duo millia libellarum esse pretium; ferrea contra septentrionali via ut idem perficiatur iter dimidiatum pretio licetum futurum. His modo adiungenda — eaque pertimescenda quam maxime — bellica novae viæ comoda, qua innumerae Russorum legiones ex extremis Baltici maris vel Euxini litoribus ad Sinarum urbem caput oppugnandam celerrime concurrent. Quae omnia, ut

nem alligarem, insidenti mili sustentaculum: qua minima ferme cautione, sospitem e maximo periculo vitam retinui.

Globus elegantissime ac venustissime in aerem prosluit, plaudente circum multitudine, quam et ego plures pileum vibrans salutavi.

Postquam vero ad altitudinem mille passuum perveni, cum densissima nubes imminaret, descendendum mihi iam esse duxi, ut res a subiecto populo clare conspiceretur.

Igitur flante vento impeditus, ne ex latere, cui velarium commissum fuerat, prosilirem, meipsum ex adverso deieci: iamque tres vel quatuor descenderam passus, cum velarium minime, ut debuerat, evulsum adhuc sensi.

Desint profecto enarranti mihi verba, si quae tunc senserim, referam; perditum namque me omnino videbam, atque quovis momento ex tanta altitudine praecipitem casuram ac velutum iri fractum.

Ita ab annulo velarum pendulus eram, dum globus, veluti pulsatum aes, hue illuc sese vibrat: nec quae accidissent facile conjectui erant, nisi quod funis velaria, cum rete quae globum circumsepiebat, forte contorta, frangi amplius requireret.

Profecto in vacuo aere hoc modo suspensus nec asquidem in meam salutem pignore dedissem: at potui

aqua landis nonnisi conditi aucti via facilis, ex Cairo perduetur; litora in B. Harum verum Sinarum terrae quae Anglia Shan-gai etiamrum, facili. Sed ut quam et A. omnipium cuncta quam gyptiorum, nationes faciliore mari rata, per quae utriusque partem. Sed Sh. finis est, ut portus impensis et navigiis tse flumen cursus omni ciis tum ar. Hoc itaq. sorum Anglia dicetur, com mutandis labore patet.

DE

ARCHIEP.

DIE XVI mino monumentum pos Brasiliac potissimae, altera de cat accessione canique de n. Quod ad quorum cum primis Ponti tamen illud rientia verum eventus citius. Globi enim tur, latissimam tam, cuius tamen effugiat, ipsius tur. Itaque si ut illum omnium leviori evolvi concidisset. Quare ex mecum ipse mortem reliqui suspensum, globus illuc. In his nubibus post quam iter rursus globus passum illicet. Dum itaque discrimine lacerti longe per viis annulum a

RIORES

in quinqa annos
nuper decessit,
descendis rebus in
libri, ii pae-
artyres, Laboris
ab eo in Gallia
undanti doctrina
eria navigatione,
ecquis oblivioni
ens, aprilis 1875,
attigisset, unus
mine vix est re-

si athenaeo chy-
quintum et tri-

eleberrimus, in
ecellens, gravis
aequalibus cer-
tabula illa mira,
tum nomen ipsi
nes omnino re-
strae civitati ta-
que asservantur
lacuit, omnium

Theodorus
t, alter S. Ger-
erg.

am absupsit
n regione af i-

C.

NDA

entionalem
t, suo tem-
a aemulatio
orei itineris
as ad Shan-
gai; ferrea
r dimidiato
da - eaque
viae com-
x extremis
urbem ca-
omnia, ut

ua minima
am retinui.
rem prosi-
go plures

suum per-
pendendum
clare con-

, cui vel-
ex adverso
m passus,
huc sensi.

quea tunc
mimo vide-
principi-

lobus, ve-
que ac-
s velaria,
contorta,

s nec as

at potui

aequa lance quodammodo Angli exaequarent, novi itineris nonnisi per anglicas vias et colonias in Sinas deducendi auctores fuerunt. Ex Anglia in Aegyptum maris via facilis, apta, trita, atque perbrevis est: inde itaque ex Cairo per peninsula Sinai in Arabiam ferrea via deducetur; deinde per Arabiam in Persiam, eiusque per litora in Belucistan proximas oras, postque Indias tenebit. Harum vero septentrionalis circa finem tramites producti Sinarum terras tandem attingent, iis nimirum regionibus, quae Angl'cae tutelae subjiciuntur: ex quibus proinde ad Shan-gai usque, maximum Orientis portum atque emporium, facilis atque expeditus cursus erit.

Sed utilissimo consilio non tam Angli ipsi savent, quam et Aegyptii, et Arabi, et Persae, et Indi, quorum omnium cum extremi Orientis gentibus commercia prompta quam maxime nova via efficientur; immo et Aegyptiorum, qui falsum prophetam colunt, annuae peregrinations facillimae fient. Quod Persas attinet, est in litore maris planities latissima ferreis tramitis mire parata, per quam primum erit commercia cum Indis maxima utriusque populi utilitate multiplicare.

Sed Shan-gai urbs supremus Anglorum cupiditatibus finis est, utpote totius orientalium Sinarum ditissima et portus imperii maximus et mercibus advehendis aptissimus et navigiis semper frequens. Prope urbem vero, Yangtse flumen in oceanum Pacificum influit, cuius fluminis cursus omnis Anglorum tutelae et iuribus tum commerciis tum armis iam subditur.

Hoc itaque proposito nuperrime ausu, etsi aspera Russorum Anglorumque aemulatio exardescere iterum praedicitur, commerciis tamen ex Oriente cum Europa commutandis nova ac maxime utilis via, minimo pretio et labore patebit.

A. COSTAGGINI.

DE PONTIFICIA EPISTOLA

AD

ARCHEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE

DIE XVIII elapsi mensis Septembris aliud a SS. Dominu Nostro Leone PP. XIII paternae sollicitudinis monumentum nova epistola ad archiepiscopos et episcopos Brasiliae datum est, cuius tres mihi videntur partes potissimum, prima quae ad Seminariorum rationem spectat; altera de catholicis diariis scribendis vulgandiseque, ac de accessione catholicorum hominum ad rem publicam; tertia denique de modis Ecclesiae necessitatibus opitulandi.

Quod ad curam attinet in Seminariorum colloquandam, quorum cum statu fortuua Ecclesiae coniungitur, illud in primis Pontifici cordi est, ut separatis aedibus, suisque

seorsim institutis ac legibus, degant alumni, qui spem afferant sese Deo mancipandi per sacros ordines, eorumque domus retineant Seminarii nomen; aliae, instituendis ad civilia munia adolescentibus, Convictus vel Collegia episcopalia nuncupentur. Quotidianu enim usu constat, mixta Seminaria Ecclesiae consilio ac providentiae minus respondere: ea contubernia cum laicis causam esse quam obrem clerici plerumque a sancto proposito dimovantur. Hos decet vel a prima aetate iugo Domini assuescere, pietati vacare plurimum, inservire sacris ministeriis, vitae sacerdotalis exemplo conformari. Arcendi ergo mature a periculis, seiungendi a profanis, instituendi iuxta propotas a sancto Carolo Borromeo leges saluberrimas, quemadmodum in Europae Seminariis praecipuis fieri videmus. Eadem vitandi periculi ratio suadet ut comparetur alumni rusticatio ad feriandum, nec arbitrium relinquatur suae cuncte ipsorum adeundae familiæ. Multa enim pravitatis exempla manent incautos, praesertim in coloniis iis dominibus, ubi operariorū familiæ glomerantur; quo fit ut, in iuveniles cupiditates proni, aut ab incepto deterreantur, aut sacerdotes futuri sint offensioni populi.

Insuper Pater Sanctissimus praecipit, ut scribendis vulgandise catholice diariis naviter, aequa ac prudenter impendatur opera. Vix enim, quae nostra aetas est, aliunde haurit vulgus opiniones sibique fingit mores, quam ex quotidianis hisce lectionibus. Interim aegre est iacere arma haec apud bonos, quae impiorum manibus tractata lenocinio callidissimo, miserrimum fidei et moribus exitium parant. Acuendus igitur stilus est excitandeque litterae, ut veritati vanitas cedat, et incorruptae voci rationis atque iustitiae sensim obsequantur praeiudicatae mentes.

Huic utilitati finitura est alia, quae ex accessione catholicorum hominum ad rem publicam eorumque cooptatione in coetum oratorum legibus ferendis derivatur. Neque enim voce minus quam litteris optimae queaque causae iuvari possunt. Adscisci etiam aliquando in eos coetus sacri ordinis viros haud inopportunitum videtur; quin etiam iis praesidiis et quasi religiosis excubis optime licet Ecclesiae iura tueri. Verum illud cavendum maxime, ne ad haec fiat tanta contentio, ut misera ambitione magis aut partium caeco studio, quam rei catholicae cura impelli videantur. Quid enim indignus, quam digladiari sacros ministros ut ex procuratione reipublicae rem perniciossimam in civitatem inducant, seditionem atque discordiam? Quid vero si in deteriorum consilia ruentes, constituta auctoritati perpetuo adversentur? Quae omnia mirum quantum offensionis habent in populo, et quantum invidiae conflant in clerum. Modeste igitur utendum iure suffragii; vitanda omnis suspicio ambitionis; reipublicae munia capessenda prudenter; a supremae vero auctoritatis obsequio desciscendum nunquam.

tamen illud quod de morientibus praedicant mea experientia verum asserere, morienti vitae sua gesta omnia ac eventus citissima veluti recensione in memoriam redire.

Globi enim, qui ad huiusmodi ascensiones adstruntur, latissimo ore hiant, ex quo, post delectum aeronautam, cuius tantum pondere erecti manent, aer facilius effugiat, ipsique detumescentes in solum citius prolabantur. Itaque si paulatim globi vibrationes sic augerentur, ut illum omnino perverterent, minimo temporis spatio, leviori evolante aere, in terram veluti deiectus lapis concidisset.

Quare ex pendulo illo annulo, defixis in globum oculis, mecum ipse computabam quantum adhuc temporis ante mortem relinqueretur; mei enim corporis pondus lateri suspensus, globum aliquantulum inclinaverat, ita ut aëris nubeculas ex eo paulatim egredientes facile viderem.

In his nubem longe atram opacamque ingressus sum; post quam iterum solem adspexi; cuius statim calore rursus globus tumuit et ad tria usque altitudinis millia passuum illico prosluit.

Dum itaque tempus esset, quid optimum foret in tanto discrimine mecum ipse reputabam; nec enim sunt milia lacerti longe prevalidi, ut tamdiu corporis pondus, quamvis annulum axillis submissem, sustinere possent, rigente

In tertia epistole parte moerens Pontifex quod ad rei christiana bonum comparandum egregiae episcoporum voluntati impares reddantur vires, optimisque in usum deducendis consiliis pecuniae angustia impedimento sit, unam pene restare affirmat, cui inniti liceat, popularem voluntatem gratificandi; spemque sibi afferri ex Brasiliæ gentis eximia consuetudine, animi nobilitate in largitiones paratissimæ, praesertim in iis quae ad bene de Ecclesia merendum pertineant. Suadet igitur, ut in unaquaque dioecesi constituant arca, quo annuam conferant stipendia fideles, ab delectis e coetu nobiliore viris ac foemini colligendam, nutu et ductu curionum. Decet autem horum primas esse in largiendo partes; quod optime efficient, si ex certis redditibus, quibus ipsi fruuntur saepe lautissimis, aliquid cedant, et super incertos proventus vim aliquam pecuniae sibi solvendam imponant, instar vectigalis. Nec minus auxilio esse possunt episcopis inopia laborantibus monasteria illa piaque sodalitates, quibus amplior est res; recteque publico bono fuerit consultum, si arcae dioecesanae destinetur haud exigua illa pecuniae summa, quae in profana spectacula solet a quibusdam ex memoratis sodalitatibus confici. Si qui denique, fortunae bonis pree ceteris affluentes, maiores sectari morem laudabilem velint ac testamento cavere sive p̄is sodalitatibus, sive coetibus aliis exercendae beneficentiae gratia, eos vehementer Pontifex hortatur ut pecuniae summam aliquam meminerint legare episcopis, qua hi relevati, et res Ecclesiae et dignitatem suam tueri valent.

Clerum autem ac populum Brasiliæ ad ultimum Pauli verbis compellit: « Rogamus vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et praesunt vobis in Domino, et monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum ».

Et fides quidem universis Christifidelibus est, Brasiliæ gentem nobilissimam, qui Supremi Patris voci fructus debentur, eos uberrimos relatarum.

X.

ANNALES

Ad Transvaal bellum - Bataviae reginae in Germaniam iter - Serbiae restituta quies - Protestatio legatorum apud Turcas - Austriaci novi administrati - Ibericae res - Lutetiis quæstiones de maiestate - Africæ vicissitudines.

CLASSICA, a pluribus iam diebus, Vaal circa flumen obstrepunt, coguntur Boerorum legiones in Orange republika ad Natal fines et contra Charlestown, Kimberley, Romathlabania urbes; at utraque acies a primis missilibus adhuc abstinet, ne fa-

nonnullis transactis agris, in limosum canalem cecidi, ubi sepius acutisque spinis correptus tandem requievi: globo enim omnino fere contrito haud satis vis erat, ut me iterum in aereum abriperet.

Doloribus acerbissimis, ob diuturnam immobilitatem, a vespertino frigore exacerbatis, ita horride torquebar, ut nec extollere quidem brachium valerem: nec tamen unquam sensibus destitutus sum.

Auxilium flebili voce clamavi, concurreruntque statim viri quidam, qui me e funibus ac e sepe eripuerunt; nam funes omnes, quae velarium globo alligaverant, ita arctissimis nodis sese torserant, ut cultro secare eas oportuerit.

Descenderam in locum Stapleton-Hall prope Pontefract urbem, quam proxime pertransiens conspiceram: itineris millia viginti quinque perfeceram, pendulusque in aere media circiter hora fueram.

Admotis statim curis, brevi convalui; at acerbus dolor in poplite, quem funis arctissime constrinxerat, diu permanebat; aliquid tamen - ita americanus aeronauta concludit - horrida agonia me edocuit, ut nunquam in posterum in globum ascendam..., nisi postquam omnia recte fuisse disposita oculis meis sedulo examinaverim.

LAELIUS.

talis initi primum belli culpa sibi adscribatur. His itaque, quamvis iam ad praelium castra sint hinc et inde parata, extrema pacis componendae spes adhuc non exsulavit, ut John Morley, anglus minister, Carnarvon in urbe cum plausu est protestatus. Sed Angli interdum suas copias magis magisque in dies augent et cunctatione inducisque iuvantur: dux eorum supremus, Victoria regina salutata, in Africam tendit; imo anglica navigia Delagoa sinum, Lusitanamque illam maritimam coloniam occupare quodammodo contendunt, ut rectiori tramite in hostium rempublicam milites et arma immittere liceat, et adiectas contra pro hostibus munitiones prohibere. Dum autem Anglorum auxilia parantur, alia eaque validiora Boeris a Batavis, eorum adfinibus, procurantur.

★

Nec puto, forte, ab huiusmodi favore extraneum omnino iter, quod nuperrime Wilhelma, Batavorum regina, in Germaniam ad imperatorem expletivit. Regina, plaudentibus circa turbis, Postdam tenuit, ubi in arcem imperatoriam a Wilhelmo est comiter quam maxime excepta: quodsi eius intercessione imminentis bellum recederet, praeconium regalis virginis maius nullum facile insonaret.

★

In Serbia militaris dictoria potestas die huius mensis secunda abrogata est, regioque hoc decreto quietis species restituta, quamvis non defuerint apud regem tum Gallorum tum Russorum ob rigida nimis de maiestate lata iudicia protestationes, nec omnis adhuc timor militaris seditionis evanuerit, pro Nicolao Nigri Montis principe, quem Serbis militibus carissimum dicunt.

★

At sunt hae simul in Turcarum imperium abditae veluti minae, cuius immo apud administratos recens est libellum protestationis ab omnibus Europae legatis oblatum, quod, contra inita foedera, ecclesiasticas etiam domus vectigalibus multare magistratus contenderint.

★

Ab administris in Austria munere abdicato, sunt in eorum locum suffecti Clary Aldringen comes, ut gubernio praesit et domesticas Austriae res gerat, et viri illi Wolserheimb, De Vittick, Derber, Kindinger, Clendonski, Kniaziolucki, Stibra, Cartel, qui omnes iam suum fidelitatis iusurandum praestiterunt.

★

Similes eventus in Iberia contigerunt, cuius quidem inter administratos, Polavieja magistro militum locum cedente, Azcarraga dux alter, ut militares res gubernet, cooptatus est. Interim ad civitatem Sancti Sebastiani, Mouravieff, Russorum minister ad exteriores, ut reginam inviseret properavit, et deinceps Lutetias petiit.

★

Lutetiis horum dierum praecipuum est negotium quaestio de maiestate, quae coram senatu agitatur; hoc enim crimine, praeter reos qui hactenus in vinculis detrusi sunt, novi quotidie, iure vel iniuria, incusantur, quos inter imperatorum militiae nomina non desunt. Ceterum in re militari duo potissimum contigere, alterum Delanne ducis in locum defuncti Brault eximii viri suffictio, alterum subaquea nova navigia construendi mandatum, quibus Gallica clas-sis probe confidit.

★

Africanas denique, unde eram profectus, novissimas vicissitudines admoto: Fourreau et Lamy gal-

licam cohortem, quam necatam a barbaris falso praedicaverant, lacus Tchad litora feliciter tenuisse: Anglicas Somalium barbarorum terras seditiose perturbari ita, ut a *Pomona* navi centuriae nonnullae in litus descenderint: pariter ex India delectum equitum agmen Berberam versus esse missum, ut tumultuantes Arabes, a propheta quadam novo incitati, cito reprimantur: denique ut fugiens ex Aegypto caliphus exercitusque eius deleantur, novum iam inter Kitchener anglicum ducem atque Wingata bellum contra illos parari.

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia, in Austria et in Gallia proxima convocatione utriusque coetus enunciatur.

In Argentina republica die huius mensis 11^a ordinaria comitiorum annua sessio expiravit, nec expensarum summa neque vectigalia examinata sunt. Igitur extraordianria ad rem sessio brevi exordietur.

In Helvetia nationalis foederatorum conventus sociales leges de pecunaria tutela contra morbos et laborum infortunia unanimi fere consensu ratas habuit; in iis autem statutum est, ut publico etiam foederationis aere huiusmodi expensae sustineantur.

In Uruguay Americana republica, ob exorta cum reipublicae praeside dissidia, tum commerciorum, tum aeriarum, tum rerum ad exteriores, tum domesticarum rerum summi administrati munus abdicarunt.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Sac. MARCO BELLi. *Del modo di compilare una grammatica elementare della lingua latina*. Prati, 1899.

Marcus Belli sac. de concinnanda elementari latinae linguae grammatica opusculum edidit. Hanc quidem rem, mea sententia, necessitas postulat; nam experimento patet hac methodo, qua nunc in scholis utimur, difficile et invisum fieri pueris eloquium latinum, et mentes per crepidula et minima tractas latinum perdere flamen et sensum, dum verba sectantur.

Cumque ipso sentimus quoad abolitionem tabularum illarum, quas *exercitia* appellant, in quibus per propositiones nudas et scissas mens fit sterilis, neque Ariadnaeum filum praesto est ad regulas memorandas. Volamus pariter, ut, non ad arbitrium scribentis praeceptoris, sed ad normam antiquissimorum scriptorum normae latini sermonis opportune tradantur. Sin, quid faciet puer? Iudicabit inter duos; et libro grammatical non credet propter (puta) Cornelium aut Caesarem, qui certe potius quam recentiores latinum callebant, et neque Cornelio neque Caesari credet propter librum grammaticalem, et propter praeceptorem iniuste notantem.

At si tentaveris optimam grammaticam constituere, quid assequeris? Tollent cachinnum qui sciunt centena multa millia librorum huiusmodi venalia esse iam inde praelis data, quae ne igni tradantur inutilia, ii, quibus bono fuerit, nitentur.

Quid igitur, o Marce? Eo pervenimus, ubi nec mala nec remedia ferre possumus. Tu, quod optimum perspicis, et quidem est, manibus tenta; nos tentanti plaudimus, prout nunc minanti et molienti plaudimus.

Vir clarissimus LIONEL HORTON-SMITH ex Cambridgensi S. Ioannis collegio in Anglia, non inelegans nuperrime poema scripsit, *Undina*, centum exametris absolutum. Cur non dixi carmen? Quia non versuum numerum, sed vim imaginationis, sed poeticam alam, sed numeros iudico. Sit elephantinae moli membrorum compar asellus; nihil mihi, ceterisque praeter asellum erit; sit

exiguus, sit recens natu leo, semper erit leo; et leonis nomine decorabitur. Ita de hoc libro; parvus mole; at poesi magnus adest, sive stilum, sive fabulam respicias.

MELANDER ille, quem alias laudavimus, germanicum Malmstroemii librum, qui *Angelica* inscribitur, elegiaco retulit versu latino. Nescimus an eodem artificio usus hic sit, prout in superiori usus fuit, totidem latina reddens exametra quot graecus auctor exaraverat, idque fide magna ac pene mirabili interpretationis; at musam faciem, dominium linguae, et magisterium carminis censemus iure celebrare. Nonne et hic Propertii, Tibullique, et amantium omnium omnes fere sunt gemitus et suspria?...

Addit in fine epigramma de graeca, de latina, de suecica lingua. *Tegnerus tu?... Grates agimus ob latinæ linguae, quas promis, laudes, pro his, quae de graeca et de suecica scribis, non minus quam de latina, laudamus... Eia, vir docte, quo bene coepisti, sic pede semper eas!...*

H. P.

Iuvenes qui in athenaeo, cui a Nostra Domina nomen, in Indiana regione civ. foed. Am. sept. litteris vacant, non steriles quidem discendi ludos excent. Tragoediam enim illam Sophocleam *Oedipum tyrannum* non solum anglicis versibus ipsi expresserunt, sed etiam in scenis egerunt. Nos qui eamdem graece et anglice sub oculis habemus perpolite editam, atque plerumque vim graeci auctoris anglico eloquio plane reddentem, facere non possumus quin rationem studiorum a «Patribus a Cruce», athenaei rectoribus, indictam amplis verbis laudemus, utpote quae fructum atque solatium, utilia dulciaque ex litteris comparet.

A. L.

AENIGMATA

I.

*Alterum ego facio, cupio si mandere carnem,
Et verbum, lector candide, rite lego;
Sin verbum legerem, lector facunde, retrorsum,
Quae carni praesunt ignis haberet edax!*

II.

*Conlati haud parvo primum dant undique pisces.
Alterum, ubi caleas, fac, age; flumen habes.*

ALAFR. BARTOLI.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus gallice scriptum et figuris ornatum, cui titulus:

L'ART MONUMENTAL

*DE L'ASIE, DE L'EGYPTE ET DE LA GRECE
par L. CLOQUET.*

Aenigmata ann. II, n. XVI proposita his respondent:

1. *Ter-res-tres* 2. *Ala-uda.*

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Roma - Joan. Sedlák, *Praga Bohemorum* - Ios. Capovin, *Montebello Vicentino* - F. Altobelli, *Neapolis* - Fr. Xav. Brühl, *Valkenburg in Batavia* - Ver. Cariolato; Alois. Peserico, *Vicentia* - Principal Gordon, *Mancunio* - Guil. Schenz, *Ratisbona in Bavaria* - E. Schütt, *Suechtelenia in Germania* - E. Frachetti, *Mengalore in Indis* - P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas* - Io. Baptista Etschenberg, *Albano* - F. Alexius, *Urbetlio* - Aug. Narquet, *Monteloco in Gallia*.

Sortitus est praemium:

F. ALTOBELLI,
ad quem missum est opus, cui titulus:

DIVI THOMAE AQUINATIS

Summa philosophica contra gentiles
ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adservati
probatissimum codicum meliorisque notae editionum
fideliter impressa.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

rit leo; et leonis
parvus mole; at
abulam respicias.

ius, germanicum
scribitur, elegiaco
em artificio usus
tidem latina redi-
taverat, idque fide
; at musam faci-
arminis censemus
ullique, et aman-
et suspiria?...
ca, de latina, de
agimus ob latinae
quae de graeca et
de latina, lauda-
bede semper eas!...

H. P.

tra Domina no-
. sept. litteris va-
s exercent. Tra-
pum tyrannum
serunt, sed etiam
ce et anglice sub
plerumque vim
eddentem, facere
a « Patribus a
mplis verbis lau-
tium, utilia dul-
A. L.

e carnem,
go;
, retrorsum,
t edax!

dique pisces.
en habes.

. BARTOLI.
tis interpreta-
rem miserint
ratis accipiet
natum, cui ti-

L
LA GRÈCE

nis respondent:
-uda.

Bohemorum - Ios.
li, Neapol - Fr.
Cariolato; Alois.
io - Guil. Schenz,
ia in Germania -
Pezzana ad Ver-
texius, Urbelio -

gentiles
ticana adserati
ae editionum

iurisperitus.

Socii.

PER ORBEM

Amicis faustiora precantibus assensisse quodammodo fata reputo, quod quidem, pace omnium, concessum non credo ut fastiditis eorum auribus ob taedium miseriarum parceretur. Res autem et eventus prout in itinere vel oculis vidi, vel fama retulit, vel diarii edocuerunt, brevi refero.



En enim insonant ex Germania plausus.

Audio euidem Berolinum, Alberto Borussorum principe patrone, geographiae doctissimos viros undique septimo convenisse, ut collatis omnium populorum studiis, illuceat magis magisque humanae genti, quae parvi huius planetae, quem incolimus, sit facies universa, quaeque secreta deserti, vel glacie, vel silvis, vel montibus, vel aëris ipsius altitudine, aut marium profunditate, ignota adhuc obtegantur.

Hohenloe iam itaque, imperii Germanici summus cancellarius, imperatoris mandato, convenientes doctos salutavit, optime quidem recolens quanta sit ipsi Wilhelmo cura, ut terrae exploratio quaquaversus perficiatur, qua plane, non sapientia tantum progredietur, sed et mutua nationum caritas in dies fovebitur. Cui respondens et clamans coetus omnis imperatori uno ore plaudit, utque eius praecipue tuta patrocinio geographicæ disciplina cito lateque evolvatur et populorum vincula arctius obstringantur, votum suscipit.



Parcant vero mihi lectores, si iter persequenti adversus unus innotuit casus, quo Colonia, **Germanyæ urbs** nobilissima et vetustate superba, commota nuperrime est. Domus contagionibus elata quatuor in Wolfstrasse recens erat constituta; cum repente hora post meridiem secunda, satiscentibus in latere muris vel trabibus, in solum horrendo strepitu corruit murariosque opifices, quorum nonnulli adhuc intra eam parietibus et cubiculis adlaborabant, ruinis oppressit.



S't, assueta memoranti, consuetudini veluti data venia, ni placeat culpam iure merito fatis adscribere. Quid enim? Audistisne Ulissyponeensi in urbe ferocius in dies acriusve pestiferam grassare luem, imo et statutam iam militarem custodiam violasse, et Vendas-Novas civitatem proximam tenuisse? Haec autem memoratu digna censeo ut sint suavioribus aditus: caritatis Christi enim fasta refero. Antonius Barroso, Ulissyponeensis episcopus, nosocomium Bomfian, ubi lue correpti infirmi degunt, inopinato adiit, attonitis custodibus medicisque; cum singulis suaviter est collocutus, de valetudine inquirens, benignè confortans in Christo, liberaliter eleemosynam elargiens. Cuius exempli auspicio prodit fructus; diarium enim, cui « e commercio » nomen, subnotationem publicam init, ut nova in urbe, operaris apta et domibus accommodatis, regio aedificetur, qua periculum futuri contagii, ex insalubri domorum conditione exsurgens, prorsus deleatur.



At quoniam operarias domus memoravi, ut multiplicatas recens eorum **desertiones** recolam necessitas postulat. Primum ferme locum obtinet fodinaria illa, quae ex Creusot officinis maxima dicta est, tum diurnitate, qua socialistarum societatum praevalida vis satis eminent, tum objecto, quod non de stipendiis augendis,

sed de tutoriis illis syndicibus, ut aiunt, constituendis est, tum animorum commotione, quae iam patriae fines transgressa Germanos opifices attigit, eorumque protestationes in sodalium Gallorum favorem excitavit, tum denique potissimum quod in praesenti socialistam notissimum Milléyrand inter summos Galliae ministros consedeat. Qui id efficit, ut Waldeck-Rousseau, supremi Gallici Consilii praesidis, opera, discordiae fuerint compositae.

Hac vera Habanensis desertio latior quodammodo fuit; nam universas cuiusvis generis operarias societas est simul amplexata, ita ut militum manu opificia industresque alias aedes munire oportuerit. Heracliae interdum in urbe Hungariae capite similia contingant, et tumultuantes per vias turbas armis compescere opus fuit; quod et in Tirolis oppidulo, Cimego nomine, evenisset, nisi prudens ac quietus gentis animus ipse de subdolis perturbatorum nisibus iudicium et pœnam sumpsisset.

Homunculus enim quidam, cauponis ferme magis quam pandectis studens, nonnullis elapsi anno orationibus de socialismo habitis societatem quamdam inverat inter petrarios fabros, qui ibi aestate adlaborant. Tunc itaque maxima inflatus spe, birotæ insidens iterum paucis abhinc diebus advenit, novae colligendae messi ingenue confidens. At hospitium vix ingressus fuerat vixque mensulae cenaturus sederat, cum tumultus maximus excrescit. Cucurrit ad fenestram orator, audientiam ovantem appropinquare reputans, at saxa, plausus loco, iniuris mixta iactantur, vitra franguntur, turba mulierum virorumque oratores ad necem petens, domum furens obsidet, et furcis, fustibus, falcibus instructa, exuentem pro clavis ostis manet. Brevi: advocati statim milites populum remittere ad domos potuerunt et oratorem liberare, qui idcirco, fidissima vix decuria comitante, aufugere sospes potuit; nec puto, equidem, tam facile novae huiusmodi peregrinationis ineundae consilium iterum posse depulso arridere.



De thesaurorum invent' onibus fausta auspicia, ut mihi postremo illuxerunt, ita et vobis re contingere velim.

Archæologicum utrumque: sunt enim comitis illius Ugolini, eiusque filiorum, quos Aligherius, summus poeta noster, ad immortalitatem consecravit, ossa, ferreis luc illuc annulis commixa Pisae in effossionibus detecta: alterum autem, pretium antiquitatibus commiscens, Friburgensi villico fortuna tribuit. Qui cum laricem securi deiiceret, quem procella pene prostraverat, stanneum vasculum repente invenit. Vas autem pecunia mire complebat ad quingentos usque aureos nummos xv vel xvi saeculi et cardinalis Matthaei Schinner, et Caroli VIII Galliae regis, et Ludovici Mediolanensis ducis, et Ss. Vincentii et Nicolai Friburgi patronorum exhibentes effigies. Susplicantur itaque iure militare velui praedam illos constituere ab Helveticis forte milite, qui in Italianum bellum gessisset, inter arboris radices abditum; eo deinde mortuo, thesauri memoriam nullam superfuisse.

Museum Lausoniense a felici agricola vasculum illud stanneum pluribus libellarum milibus emisse dicunt; cui sane villico gratulor ex animo, dum cuique lectorum suadeo, ut larices omnes, numimarias arbores, in hortulis suis cito deliciant, ut inventos thesauros in archaeologæ incrementum simul ac in crumenarum augmentum cedant.

VIATOR.

VARIA

Andromiomachia.

Amicum de muribus docte scribentem, ut pesti praecaveatur, delendis, in hoc commentario audi, sed nec ultima nec pessima bestiolarum gesta in contagijs sunt.


Anglica urbs, cui a Sancto Laurentio nomen, novum veluti Byzantium a Turcis invasum, ab incolis derelinquitur, domus desertae fatiscunt, iamque herbae passim per vias sucrescent. Quae ergo tanto numero, quae tanta virtute hostium legiones, vel unde profectae fuerunt, ut media in Britannia talia impune fiant?

Delebantur prope urbem aedes ad boves matandos, cum amoto repente marcentis inter sa- niem et sanguinem paleae maximo acervo, ecce undique non manipuli, nec turbæ, sed legiones murum in civitatem disfluerunt catervatim.

Immo, media teretima nocte, instruto in foro densissimo agmine, ad domus aggrediendas profiscuntur, caveas, cauponas, stabula, acerva pervadunt: atque ex chartis ac libriss usque ad tentoria et linteas lacunaria devorant. Incolarum tunc minime hebes fuit oppugnatio; alter enim bis octo feles opposuit, quos tamen post atrocissimam pugnam exanimes ante ianuam invenit, alter incensarum candelarum vallum; at brevi avulsas candelas, extinctas atque voratas vidit. Ipsis itaque incolis ad arma concurrere oportuit atque andromiomachiam inire terribilem, ex qua Aiaces atque Diomedes multi claruerunt, et Achilles quidam pre omniis illustris, qui quadraginta sex super centum hostes mactavit.

Illucescente autem die mille ac trecenti mures in suo sanguine strati conspecti sunt. Ita homines tandem victores novo paelio discesserunt!

ALPHA.



Anseres gloriosae.

Eia, agite, anseres; vobis etiam gloriae patet iter.

Quotannis Varsaviae iam inde ab immemorabili celebratur anserum conventus, praemio proposito, quo... Infelices anseres! Dignior erit morte quae gloria fulgentior; nam tota quaestio est in pinguedine, ut sint esui aptiores, ac suaviores edent.

E Wilna, e Dunabourg, ex proximis dissitisque regionibus agmina veniunt urgente custode, itinera magna multis interdum hebdomadis conficiunt. Varsiam ingressae anseres coniunctiuntur in carceres, ibique diu reficiuntur ac restaurantur, ut in pristinum redeant adipem. Tunc venales exponuntur, caveisque inclusae per Germaniam et Austriam moriturae ferro portantur.



Ioci.

Quid Triboniano visum?

Excusor pulsat ostium. Ancilla, respiciens e fenestra in viam, agnoscit hominem, praesentiens quid querat. Tum urbane: « Quid queris, Alphi noster, quid queris? » — Alphius: « Ibicum, dominum tuum, ad quem argenti pondus fero; quippe heri promisi ». — « Domi non est », inquit Pythias: « mane summo abiit ». — « At ego », Alphius ait, « audiam a te de reditu eius, ut promissum argentum... ». — Pythias: « De reditu nihil... ». — Et Alphius: « Via, age, bellula; ut saltem sciā quando datus redierit ». — Et Pythias: « Momentum pausa. Interrogatum eo, et redēo ». P. d. V.

T. G. FRATRUM PARISI Candelarum ad Sacra Opificium praemiis insigne

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM



* ROMAE in ITALIA *



In Foro Campi Martii, 6



Singulis in artium recognitionibus publice habitis
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vatica-
nae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione
solemne sit, suppediat.



Nullo impendio iubentum res in proximiorum a patentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuvis querenti explicatio erit uberior.



Praecipua Templa cereis instruit ubique ter-
rarum. In Asiam, Africam et urbem Constantino-
polim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera,
pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur
onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit
francs 250 pro 100 Chilogramm.



FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

* Typis DESCLÉE, LEFEBVRE & S.
nuperrime prodierunt *

Analecta Romana

DISSERTAZIONI, TESTI, MONUMENTI D'ARTE
RIGUARDANTI PRINCIPALMENTE LA

Storia di Roma e dei Papi nel Medio Evo

Scripsit H. GRISAR S. I.

Vol. unicum, in-8 magno, Lib. 15.

LE LAUDI LATINE IL CANTICO DEL SOLE DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longa peritissimo conscriptam, continentur *laudes latinae* cum inter-
pretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem
proxime alii subsequentur ad parvam Bibliothecam Franciscanam compa-
randam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima
editit cura. Romae apud commentarii Vox Urbis Administrationem venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI EQUES MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

MONITUM

*Eorum omnium, qui in posterum inter commentarii socios
recenseri volent, subnotatio fieri potest a kalendis Iuliis.*